

## I. VERSION LATINE

Les femmes romaines tentent de fléchir Coriolan

*Coriolan (surnom de Caius Marcius), homme d'État et général romain exilé chez les Volsques, ses anciens ennemis, marche sur Rome. Une délégation de femmes romaines, avec à leur tête sa mère Veturia et sa femme Volumnia, se présente à lui.*

Tum matronae ad Veturiam matrem Coriolani Volumniamque uxorem frequentes coeunt. Id publicum consilium an muliebris timor fuerit, parum inuenio : peruicere certe ut et Veturia, magno natu mulier, et Volumnia, duos paruos ex Marcio ferens filios, secum in castra hostium irent et, quoniam armis uiri defendere urbem non possent, mulieres precibus lacrimisque defenderent. Vbi ad castra uentum est nuntiatumque Coriolano est adesse ingens mulierum agmen, primo, ut qui nec publica maiestate in legatis nec in sacerdotibus tanta offusa oculis animoque religione motus esset, multo obstinator aduersus lacrimas muliebres erat ; dein familiarium quidam qui insignem maestitia inter ceteras cognouerat Veturiam, inter nurum nepotesque stantem, « Nisi me frustrantur, inquit, oculi, mater tibi coniunxque et liberi adsunt. » Coriolanus prope ut amens consternatus ab sede sua cum ferret matri obuia complexum, mulier, in iram ex precibus uersa, « Sine, priusquam complexum accipio, sciam, inquit, ad hostem an ad filium uenerim, captiua matre in castris tuis sim. In hoc me longa uita et infelix senecta traxit ut exsulem te, deinde hostem uiderem ? Potuisti populari hanc terram, quae te genuit atque aluit ? Non tibi, quamuis infesto animo et minaci perueneras, ingredienti fines ira cecidit ? Non, cum in conspectu Roma fuit, succurrit : intra illa moenia domus ac penates mei sunt, mater coniunx liberique ? »

Tite-Live, *Histoire romaine*

## II. THÈME LATIN

Le dédain léger des Grecs, que je n'ai jamais cessé de sentir sous leurs plus ardents hommages, ne m'offensait pas ; je le trouvais naturel ; quelles que fussent les vertus qui me distinguaient d'eux, je savais que je serais toujours moins subtil qu'un matelot d'Égine, moins sage qu'une marchande d'herbes de l'Agora. J'acceptais sans irritation les complaisances un peu hautaines de cette race fière.

M. Yourcenar, *Mémoires d'Hadrien*